


Übungstext zu Catull, c. 83 – Catullus et Lesbia in convivio



1 Catullus et Lesbia et aliqui vir, comes eius, in convivium convenerunt; amicus quidam
Catulli omnes ad cenam invitaverat. Nunc in lectis tribus triclinii accubant; multis
3 cum iocis vinum bibunt, rident, colloquuntur. Imprimis autem Catullus iocatur
laetaturque, quamquam invidia valde vexatur. Vir enim, quocum Lesbia ad convivium
5 vēnit – Catullus istum mulum stultum et foedum existimat –, iuxta illam in lecto
cubat. Catullo autem alio cum hospite alio in lecto cenandum est. Secum cogitat:
7 „Utinam ipse cum Lesbia uno in lecto cubare et prope eam cibus et vinis frui possem!
Illa hodie se tam bellam, tam pulchram, tam venustam offert! Quae puella suavior
9 aut elegantior esse possit quam illa? Nunc autem iste mulus iuxta Lesbiam iacet,
gaudet, vinum bibit. Mehercle! Quid autem Lesbia faciet?“, anxius cogitat.
11 Illa saepius Catullum aspicit, sed irata esse videtur. Iocis eius non ridet, sed gannit;
verbis Catulli semper statim obloquitur. Quod ei viro, qui Catullum contemnit et
13 despicit, gaudio esse videtur. Certe iste et Lesbiam Catullum despiciere putat.
Catullus autem asperis Lesbiae verbis gaudet. „Cum Lesbia tam irata se praestat“,
15 deliberat, „eam me amare pro certo habeo. Gannit, quod amore uritur, non, quod odit!
Sollicitus essem, si taceret.“ Itaque ipse de isto asino ridet et Lesbiae signa furtiva
17 amoris dat. Fortasse post convivium illam convenire poterit, ut sperat. „Nunc autem“,
cogitat, „utrique nostrum pro illo mulo comoedia simulanda est.“

[2] **lectus**: Liege – **accubāre**: beieinander liegen; (miteinander zu Tisch) liegen [5] **mūlus**: Maultier [→ Muli], ~ Esel – **foedus**: hässlich [6] **cubāre**: liegen [9/18] **mūlus** ~ Esel [10] **mehercle!** Beim Herkules! ~ So ein Mist! [11/15] **gannire**: schimpfen, sich ereifern [16] **fūrtivus**: verstohlen, heimlich